

δ Vrbis digna Viro hoc, δ Vir dignissimus Vrbe hac!

δ hac Virtutis digna Trophæa Tua!

Porro, quam nactus, Spartam feliciter orna,

IN COMMUNE BONUM nocte dieq, tuas

Vires pende, Chorūq, Forumq, Thorūq, tuere;

Omnia Iudicii dexteritate rege.

Exige Pupilli, miserive Clientis ad Æquum

Causam, Jus scire & ferre sat esse puta.

Non tantum facili querulas affamine, sed RE

Erige personas, OMNIBUS ESTO PATER.

Sic nomenq, Tuum, egregia laudesq, manebunt;

Sic post exequias fama superstes erit,

Et rude donato CONSUL supremus in Orbe

Attribuet tandem Cœlica sceptrā Tibi.

Hoc fiat, voveo multis singultibus; Optant

Hoc Cordati omnes; SINT rata vota precor.

M. Andreas V Vinzigerus

Zittav. Ecclesiæ Patriæ
Diaconus.



Plutarch

Nuptiis auspiciatiss.^{mis} 1616.

Viri Nobilis & Consulti^{mi}

D N.

CHRISTOPHORI GÜNTHERI,
Illustri^{mi} Principis Wirtembergici

Consiliarii, aliorumq; Statuum Imperii,

& sex Civitatum Sup: Lusaciæ in Aula Cæs: cau-
sarum Agentis, &c.

S P O N S I:

Et

Nobilis ac pudicissima

F O E M I N A E

ANNÆ NESENÆ,

Viri integerrimi Dn. Joannis Rodossii Sena-
toris quondam Zittaviens: p. m. relictae viduae

S P O N S A E.


Zittaviæ ad diem 7. Novemb: feliciter celebrandis,

A M I C I

Pia mentis affectione benè precantes vota
sua consecrabant.

ZITTAVIÆ Typis Joannis Venatoris, Anno

M. DC. XVI.



744118



CHARITES

Nuncupatæ

SPONSO SPONSÆ

ejúdemquæ

FRATRI, atq; SORORI

German.:

A FOVE principium ducit genus omne bonorum

Vasto quod Cæli & pelagi concluditur orbe.
Ergò nec Vatum velut impia contemnenda est
fabula priscorum, CHARITES quæ fingere ternas
è FOVE prognatas voluit, Si nomina pendas,
nil nisi dona DEI spirant, quæ Flamine sacro
inq; Chorum, inq; Forum, inq; torum sua commoda
dante (SORORI
manant. Has SPONSO, SPONSÆ, FRATRI, atq;
nuncupo. Sint fidi testes Candoris, Amoris,
in NESE NORUM nostri, pernobile stemma.



THALIA VIRENS SPONSO

G Naviter Heroum graviora negocia Curans,
GUNTHERUS multos annos in Cæsaris aulâ,

Ingenium solers cum dexteritate labores
per duros, rerum casus variosq̄, probavit.
Hinc viret & floret propriâ Virtute celebris:
Nec minùs & posthac NESENA in Gente virebit.

EUPHROSYNA

delectabilis

SPONSÆ.

Vultum condecorant Tuum pudore
Casto, splendiduli, ANNA SPONSA, ocelli,
Molles purpureo genæ colore
pictæ, & nectare dulciora labra.
Sponsum suaviter, en! venusta Sponsa
delectat: meritò. magis jugalis
Læti castus amor, pudica mensq̄.

AGLAIA LÆTA SPONSÆ

FRATRI

DN. JOHAN. NESENO

Archigrammat.

Ejusdemq̄; SORORI

SABINÆ

Amplis: Viri DN.

SIGISMUNDI KINDLERI

Reipub. hujus Syndici dignis.

UXORI SUAVISS.

Nunc

Nunc DEA Latitiæ, SPONSÆ Fraterq̄; SORORQ̄,
Vestra Latitiæ signa videre cupit. (tis
Signa quibus thalamum hunc non displicuisse probe-
posse Sororis; erunt, MANERA, VOTA, PRECES.

Ab Andrea Emmenio
P. & M. D. Poliatro.

Ex Horatii l. 3. odâ 26.

Vixti Themistæ nuper idoneus,
Et actitasti non sine gloria,
Gunthere, causas. Nunc jugalem
Sera torum tibi Juno sternit,
Auctamq̄; rarâ dote Rodosiam
Committit. Heic, heic pone molestias,
Ac mille curas, qveis palæstra
Sollicitum te habuit Pragensis.
O, qui nitentem, JOVA, tenes polum,
Castiq̄; amoris fundus, & autor es,
Novos secundato maritos,
Cladibus & prohibeto diris.

M. Augustinus Prelius Torgensis,
Schola Zittaviensis Rector.

SI Faculas coràm haud datur inspicare jugales:
Voce meâ NUPTIS pauca, Papyre, refer.

A 3

Non

Non infesta aut mæsta refer. licet æger anhelem;
Mens mihi in invalido corpore leta viget.
Qui genio præsigne genus, caput exserat arte;
GÜNTHERUM MUSIS indigitato virum.
WIRTEMBERGIADOS Q. DUCI qui consulat ora;
GÜNTHERUM PATRIÆ notificato virum.
Quem propriâ foveat terrenus. JUPITER aulâ;
GÜNTHERUM SPONSÆ ferto, referto virum.
Qua sit clara satû, CHARITEM describe NESENA,
Dives opum, sapiens ore, decore placens!
Dic: par non-impar, JHOVÆ gratumq; ratumq;
Ludite par-impar! par generate pari.
Par generate pari, quod gliscit ad ardua, vestro:
Fœmellam atq; marem progenerate parem.

MEL. HAUSIUS.

ODE DICOLOS TETRA-

STROPHOS.

Felix quem sua Virtus beat unice,
Candor, Sedulitas, quemq; Negocia
Heroum comitantur, valet undiq;
Cui vis præpetis ingeni.

Fandi

Fandi cui gravitas, blandaq; copia
Doctrinæq; decus, militiæ Dices
Cultorum favor insignis, Imo Virum
Adplausus radiantium.

Felix quem Sophiæ de pharetra bonum
Eduxisse juvat, Forteve spiculum
Fortunæq; potis non trepido pede
Occursare Volubili.

Felix (fabor enim) talis & ipse es,
O GÜNTHERE, sciens cultor & arduæ
Virtutisq; palàm propria gaudiis
Te fors innumeris beat.

Non VELOCITER, ac credo, SALUBRITER
Fert Fortuna novà lætitiâ suos
Multum heus Cunctipotens sedis olympicæ
Rector IOVA favet Tibi.


Nactus Conjugio es, nam penitus BONAM
MENTEM, quam Pietas excolit undiq;:
Gaudebis nimium SPONSE, Pari modo
Gaudebit (reor) & TUA

SPONSA, stet Colophon: VIVITE CONIUGES,
Inter Vos animus sitq; reciprocus:
Inter Vos vicibus urite mutuis:
Adsit prosperitas diu.

Lon-

Longum deficient Funera, Næniæ,
Et si fors aliæ sunt querimoniæ.
Hæc sit summa meæ, Des precor ô, precis
Ratum quod Voveo, *DEUS.*

Joan: Nesenus, Reipub.
Sitta viens: Patriæ
Proto-Notarius.

 *Uod dicunt, Cito sat, modò auspicatò*
Si factum, & Bene sat, locum meretur

His in rebus, ut arbitror, molestam
Curam, consiliumq; quæ requirunt.

Quas inter meritò putatur esse

Res hæc ardua, res periculosa,

Consultatio ubi, gravisq; cura

Distictos tenet, implicatq; multos;

Ut Spes ancipiti metu vacillans

Non possit facile expedire sese:

Nempe Conjugij subire vincla,

Uni & credere se, suamq; vitam,

Et, velis licet, haud ubi regressus:

An non ardua res, timore plena?

An non ambigua, & periculosa?

Et quæ consilium salubre poscit?

Ergo

Ergo, SPONSE, mihi satis videris
Cautus, consilio sagacior
Usus, quando tibi jugi perennis
Matronam socias tenace vinclo,
ANNAM, quæ viduo Toro tenebat
Defixos oculos solo, Orbitatis
Deplorans miserum Statum, dolorem
Altam corde premens, suâq; vitâ
Se verè viduam esse comprobabat.

At nunc deposito priore luctu,
Agnosces meritò Statuta Summi,
Se se legitimo Toro vicissim
Submittit, Thalamoq; colla subdit.

Sit felix Thalamus, sit auspicatus:

Vobis Conjugibus novis FEHOVA

Adsit, numeribusq; copiosis


Hunc vestrum Thalamum beet novellum;

Ut nobis liceat subinde fari:

Dum SPONSUS benè sat, sat auspicatò,

GÜNTHERUS citò sat TORUM inchoavit.

Johannes VVincklerus Scholæ
Zittaræ Con-Rector,

 *Ermina NESENE stirpis TRIA SIDERACER-*
Hic ubi fert astris inclyta ZITTACAPUT. (no,
VNUM

UNUM fulgores pleno diffundit honore,
KINDLERI claro conspicuum jubare.
Hinc aspectanti radiis blanditur amicis
Phæbo dilectum Virginibusq; novem.
Quod superest pullo lumen velârat amictu,
Extincto fati turbine Sole suo.
Id splendore novo complet jam nube remota
GUNTHERUS Themidos cultor & Aonidum.
Gloria vestra SOLO, lux vestra corâscet OLYMPO,
ô conjuncta piis SIDERA SIDERIBUS.

David Sulcius.

Lux grata salve, connubialibus
Sacrata festis: quæ pia Numina
GÜNTHERO amiciole sole
NESSENIÆ celebrant & ANNÆ,
Sponsus secundis, cordibus Entheis:
Seu quis coruscum pensiculet genus:
Seu quis nitentem mentis altræ
Obtineat faciem priorem.
His uniones, his & Jâspidas,
His fulgurantis laucia laminis,
His obferant jam ditiores
Sardonichas Smaragdosq; caros.
Vos, vos Camœnæ promite carmina
Cantûsq; molles reddite: corcula
Dum latiore & lautiolem
Obtutum referunt jugata.

Ac

At non canendum est Hendecasyllabis:
Verum cothurnis est opus arduis:
GÜNTHERIDOS sublimiores
Quæis adeatis amoris ignes:
Et quæis queatis pingere NESSENAM
Claris Deabus perpetuò æmulam:
Quæ purpuratis astra cœli
Luminibus superat nitentis:
Et quæ capilli schemate Cynthiam
Et quæ labello purpureas rofas
Nivemq; collo vincit albo
Sythonium: geminis lacertis
Formam ligultri: quæq; nihil tumet
Natalium intutu facili: sua
Virtute clarescens, suoq;
Nomine perpetuò nitescens:
Favete Nymphæ: quæ colitis pii
Facies amoris: vos calathos rosis
Vernis recentes & Sabæis
Floribus ac violis replere:
† Vos vos corollis undiq; suavibus
Velate pulcri brachia corporis:
Clamate linguis o triumphem!
Reddite vocibus o triumphem!
Triumphe! quæ sub sole suâvior.
Manet voluptas? quam sociam boni
Maliq; nancisci fidelem
Exodii, variaq; sortis:
Interq; risûs inter & oscula
Interq; læti gaudia vinculi
Interq; plausus adtigisse
Occidua folium senectæ!

Cantu

Cantu sonantis destituor metri
Vocabo celsi Numina culminis?
O alme REX Sponsi novelli
Rite diuq; diuq; vivant:
Et mutua sese face torreat:
Hinc & facescat trux dolor, & pavor,
Ut absq; cura semper acri
Tempora cuncta terant beatè.
Vos vora Musæ Pympleides sacra
Clangore Sponsis his gemino date,
Vivant diu: vivantq; semper
Incolumes parili favore.
Hæc cuncta firmes O PATER optime!
Sic nos vicissim pectoris impetu
Constantiori sempiternas,
Retribuemus in orbe grates.

M. Caspar Holstenius.



CURTA licet BREVITAS rarò plerisq; probetur;

Attamen haud cunctis carmina longa placent.

Carmina longa canant, quæis cinxit tempora lauro

PHOEBUS, Me BREVIUS scribere longa juvat,

Contingat SPONSÆ cum Sponso vivere longum;

Longa dies SPONSÆ sit tamen, opto, brevis.

Contingat SPONSO cum Sponsa vivere longum;

Longa dies Sponso sit tamen, opto, brevis.

Olim LONGA DIES SPONSIS contingat OLIMPO;

At SIMILEM terris linquat UTERQ; SUI.

Si vires votis thalami concesserit AUCTOR;

Nonne brevi (quæso) carmine multa PRECOR?

Albertus Arnßdorff Lufatius.

FINIS.

CHRISTOPHORUS GINTER
ANNA RODOCHSIN.

EIN GEBORNE NESENUSSIN

нат' андреевна

S/ Schau ein Par Schön gboren sein/
So nun in d'Sorg so tret'n herein.

1676

W Auch Mensch daß saget oft zu vorn
Ich glaub ich bin zunglück geborn/
Nicht abr allzeit Unglück ist Sorgen

Drumb sag ich dieses unverborgen.

S/ Schau ein Par Schön gboren sein/
So nun in d'Sorg so tret'n herein!

Als jecho thun die zwen Ehleut!

So wir zur Kirchen hgleitet heut

Ob sie schon wol gewartet han!

So wird doch sagen jederman!

Das nach ein guten Bisselein!

Man könn zu lang nicht warten sein

Wie diß in acht genommen sehr

Der Edl Ehrvest Christoph: Ginter

In dem er auff's gut Bisselein

Bishero hat gewartet sein

A

Welches

Welches schmackhafft von Tugendt draht
Vnd sein Statliche Ankunfft hat
Weil seine Tugentsame Braut
Die ihme heute ist vertrawt
Des Hochgelarten Herren sein
Sein allerliebtes Encklein
Nemlich Conradi Nefeni
Welche als Licentiat: Alhie
gewesen der Stadt Syndicus.
Vnd ihr Herr Vater ohn verdruss
Im Rathstul mit gesessen hier
Auch ihr selger Herr mit gebühr
Herr Johann Rodochs als Schoß Herr
Dem auch der Empter vertrawt mehr
Der wegen der Herre Bräutigam
Welcher ist auch von Gutem Stamm
Eins Richters Sohn der Stadt Lamentz
Welche ligt an der Meißner Grantz
Der sich an Keyfers Hoff so werdt
War lange Jahr Ehrlich ernachet
Sich dessen höchlich frewen sol
Das ihm das Glück hat gewolt so wol.
Weil guter Rahm ist Heirat gut
Vnd harrn für viel vnglück ist gut
Drumb er mag dencken allbereit
Das er auff die so lange zeit


Hat

Hat müssen als auffs Bisselein
Warten/das ihm beschert allein.
Zu welchem ich euch glück vnd heil
Vnd zu Jahr außbeut ein gut theil
Von grundt meins Herken wünschen thu
Vnd das ich noch diß setz darzu
Last euch sein lieb die fromme Braut
Weil sie euch ist von GOTT vertrawe
So wird Euch Segnen hie zeitlich
GOTT/ wie auch dort wol Ewiglich.


Des Herrn Bräutigams vnd der
Fraw Braut Rahmen/ sampt der Jahr-
zahl in diesen beyden Rythmis.

Herr GVnter sehest an MIT GOTT
VND aVCh Fraw Anna/ohne Spot.

Auß Freundschaft
durch
Augustinum Andream Cura-
torem & Civem Zit.



tt



Carmina

1607.

PRO FELICI MATRIMONIO

Reverendi & Doctissimi Viri,

D N.

IEREMIÆ BOHEMI
LAVBANI,

Ecclesie Marchliffensis

Diaconi fidiſſimi,

SPONSI:

ET

Honestiſſima ac Pudiciſſime Virginis

SARÆ,

*Reverendi, pietate, & doctrinae ſalutaris
eruditione preſtantis Viri,*

D N.

BARTHOLOMÆI KNOBLOCHI

paſtoris eiſdem Eccleſie vigilantiff. Filia,

SPONSÆ,

Nuptias celebrantium Marchliſſæ

XX. d. IXbris,

20/9

(Scripta ab amicis.)

Gorlicy exſcribebat Johannes Rhamba,

Anno 1607.



171

61144

tt